

**Apulée, *Métamorphoses*, livre I :
La magie et ses pouvoirs**

[8] (...) – Potens illa et regina caupona quid mulieris est ?

– Saga, inquit, et divina, potens caelum deponere, terram suspendere, fontes durare, montes diluere, manes sublimare, deos infimare, sidera extinguere, Tartarum ipsum inluminare. (...)

[9] (...) Cauponem vicinum atque ob id aemulum deformavit in ranam, et nunc senex ille dolium innatans vini sui adventores pristinos in faece submissus officiosis roncis raucus appellat. Alium de foro, quod adversus eam locutus esset, in arietem deformavit, et nunc aries ille causas agit.

* * *

Suggestion :

Voir, dans les *Itinera electronica, Du texte à l'hypertexte* : Apulée, *Métamorphoses*, Livre I
<http://agoraclass.fltr.ucl.ac.be/concordances/apuleel/>

**Apulée, *Métamorphoses*, livre III :
Les pratiques magiques**

[17] (...) Noctis initio, (...) Pamphile mea jam vecors animi tectum scandulare conscendit, quod altrinsecus aedium patore perflabili nudatum, ad omnes orientales ceterosque <plerosque> aspectus pervium, maxime his artibus suis commodatum secreto colit. Priusque apparatu solito instruit feralem officinam, omne genus aromatis et ignorabiliter lamminis litteratis et infelicium navium durantibus damnis <repletam>, defletorum, sepulorum etiam, cadaverum expositis multis admodum membris ; hic nares et digiti, illic carnosissimi clavi pendentium, alibi trucidatorum servatus cruor et extorta dentibus ferarum trunca calvaria. [18] Tunc decantatis spirantibus fibris libat vario latice, nunc rore fontano, nunc lacte vaccino, nunc melle montano, litat et mulsa. Sic illos capillos in mutuos nexus obditos atque nodatos cum multis odoribus dat vivis carbonibus adolendos. Tunc protinus inexpugnabili magicae disciplinae potestate et caeca numinum coactorum violentia illa corpora, quorum fumabant stridentes capilli, spiritum mutantur humanum et sentiunt et audiunt et ambulant.

Apulée, *Apologie* (sive *Pro se de magia liber*)

(13) Philtra omnia undique eruunt :
antipathes illud quaeritur,
trochiscilli, unguenta, taeniae,
radiculae, herbae, surculi,
saurae inlices bicodulae, hin-
nientium dulcedines.

* * *

Suggestions :

Traduction proposée : P.GRIMAL, *Romans grecs et latins*, La Pléiade, Gallimard, 1958, p.193.

Voir aussi, dans les *Itinera electronica, Du texte à l'hypertexte* : Apulée, *Métamorphoses*, Livre III
<http://agoraclass.fltr.ucl.ac.be/concordances/apuleeIII/>

**Apulée, *Métamorphoses*, livre III :
La fête du dieu Rire**

[2] (...) Statim lictores duo de iussu magistratuum immissa manu trahere me sane non renitentem occipiunt. Ac dum primum angiportum insistimus, statim civitas omnis in publicum effusa mira densitate nos insequitur. Et quamquam capite in terram immo ad ipsos inferos jam dejecto maestus incederem, obliquato tamen aspectu rem admirationis maximae conspicio : nam inter tot milia populi circumfluentis nemo prorsum qui non risu dirumperetur aderat. Tandem pererratis plateis omnibus et in modum eorum quibus lustralibus piamentis minas portentorum hostiis circumforaneis expiant circumductus angulatim forum ejusque tribunal adstituor. Jamque sublimo suggestu magistratibus residentibus, jam praecone publico silentium clamante, repente cuncti consona voce flagitant propter coetus multitudinem, quae pressurae nimia densitate periclitaretur, iudicium tantum theatro redderetur. Nec mora, cum passim populus procurrens caveae conseptum mira celeritate complevit; aditus etiam et tectum omne fartim stipaverant, plerique columnis implexi, alii statuis dependuli, nonnulli per fenestras et lacunaria semiconspicui, miro tamen omnes studio visendi pericula salutis neclegebant. Tunc me per proscaenium medium velut quandam victimam publica ministeria producant et orchestrae mediae sistunt.

* * *

Suggestions :

Traductions proposées pour une comparaison :

P.GRIMAL, *Romans grecs et latins*, La Pléiade, Gallimard, 1958, p.183.

P.VALLETTE, Les Belles Lettres.

Voir aussi, dans les *Itinera electronica*, *Du texte à l'hypertexte* : Apulée, *Métamorphoses*, Livre III

<http://agoraclass.fltr.ucl.ac.be/concordances/apuleeIII/>

**Apulée, *Métamorphoses*, livre III :
Un procès pour rire
- retournement imprévu de situation -**

[9] (...) Reluctantem me ac diu rennuentem praecedens facinus instaurare nova ostensione lictores iussu magistratum quam instantissime compellunt, manum denique ipsam de regione lateris trudentes in exitium suum super ipsa cadavera porrigunt. Evictus tandem necessitate succumbo, et ingratis licet abrepto pallio retexi corpora. Dii boni, quae facies rei ? Quod monstrum ? Quae fortunarum mearum repentina mutatio ? Quamquam enim iam in peculio Proserpinae et Orci familia numeratus, subito in contrariam faciem obstupefactus haesi, nec possum novae illius imaginis rationem idoneis verbis expedire. Nam cadavera illa iugulorum hominum erant tres utres inflati variisque secti foraminibus et, ut vespertinum proelium meum recordabar, his locis hiantes quibus latrones illos vulneraveram.

[10] Tunc ille quorundam astu paulisper cohibitus risus libere iam exarsit in plebem. Hi gaudii nimietate graculari, illi dolorem ventris manuum compressione sedare. Et certe laetitia delibuti meque respectantes cuncti theatro facessunt. At ego, ut primum illam laciniam prenderam, fixus in lapidem steti gelidus nihil secus quam una de ceteris theatri staturis vel columnis.

Documents :

Chacun sait avec quelle facilité la verve comique s'exerce sur les actes sociaux à forme arrêtée, depuis une simple distribution de récompenses jusqu'à une séance de tribunal.

Le comique naîtra, semble-t-il, quand des hommes réunis en groupe dirigeront tous leur attention sur un d'entre eux, faisant taire leur sensibilité et exerçant leur seule intelligence.

Le rire ? *Du mécanique plaqué sur du vivant* ... Ce qui fait rire, c'est la transfiguration momentanée d'une personne en chose.

Transpose-t-on en familier le solennel ? On a la *parodie*.

Tantôt on énoncera ce qui devrait être en feignant de croire que c'est précisément ce qui est : en cela consiste l'*ironie*. Tantôt, au contraire, on décrira minutieusement et méticuleusement ce qui est, en affectant de croire que c'est bien là ce que les choses devraient être : ainsi procède souvent l'*humour*.

Bergson, *Le Rire*, 1900 (PUF, 1959)

(Texte intégral :

http://www.uqac.quebec.ca/zone30/Classiques_des_sciences_sociales/livres/bergson_henri/le_rire/le_rire.html)

Dans les sociétés archaïques comme dans les sociétés historiques, par les herbes et/ou les liqueurs, par la danse et/ou par le rire, par le profane et/ou le sacré, il y a recherche, attente d'états d'ivresse, de paroxysme, d'extase qui parfois semblent unir le désordre extrême dans le spasme ou la convulsion et l'ordre suprême dans la plénitude d'une intégration avec l'autre, la communauté, l'univers. Ces états semblent purger les anxiétés, transformer les violences en jeux et en joies, les joies en délices et béatitudes. Ces états extraordinaires, précaires, incertains, aléatoires et pourtant fondamentaux sont vécus comme des états optimaux ou suprêmes.

Edgard Morin, *Le paradigme perdu : la nature humaine*, Paris : Éditions du Seuil, 1973.

* * *

Suggestions :

Traduction proposée : P.GRIMAL, *Romans grecs et latins*, La Pléiade, Gallimard, 1958, p.188.

Voir aussi, dans les *Itinera electronica, Du texte à l'hypertexte* : Apulée, *Métamorphoses*, Livre III

<http://agoraclass.fltr.ucl.ac.be/concordances/apuleeIII/>

**Apulée, *Métamorphoses*, livre III :
La métamorphose de Lucius**

[24] (...) <Photis> summa cum trepidatione inrepat cubiculum et pyxidem depromit arcula. Quam ego amplexus ac deosculatus prius utque mihi prosperis faveret volatibus deprecatus abiectis prope laciniis totis avide manus immersi et haurito plusculo uncto corporis mei membra perfricui. Jamque alternis conatibus libratis brachiis in avem similis gestiebam : nec ullae plumulae nec usquam pinnulae, sed plane pili mei crassantur in setas et cutis tenella duratur in corium et in extimis palmulis perdito numero toti digiti coguntur in singulas unguas et de spinae meae termino grandis cauda procedit. Jam facies enormis et os prolixum et nares hiantes et labiae pendulae ; sic et aures inmodicis horripilant auctibus. (...)

[26] (...) Ego vero quamquam perfectus asinus et pro Lucio jumentum sensum tamen retinebam humanum.

Document

Je voulais éprouver si, étant changé en oiseau, la métamorphose s'étendrait jusqu'à l'âme. ... Je me hâte de me déshabiller, je me frotte des pieds à la tête ; mais, malheureux que je suis ! ce n'est pas en oiseau que je me change : une queue me vient au derrière, mes doigts s'en vont, mes ongles se réduisent à quatre et ne sont plus que sabots ; mes pieds et mes mains deviennent pattes d'animal avec longues oreilles et large face ; enfin, en me regardant de tous points, je vois que je suis un âne.

Œuvres complètes de Lucien de Samosate. T.II. *Lucius ou l'âne*, 13.
Traduction avec une introduction et des notes par Eugène Talbot.
6ème éd. Paris, Hachette, 1912

Autre traduction de *Lucius ou l'âne* : Michel Dubuisson, Université de Liège :
<http://www.fuwl.ac.be/Files/General/BCS/Onos/AneTrad.html>

* * *

Suggestion :

Voir aussi, dans les *Itinera electronica, Du texte à l'hypertexte* : Apulée, *Métamorphoses*, Livre III
<http://agoraclass.fltr.ucl.ac.be/concordances/apuleeIII/>

**Apulée, *Métamorphoses*, livres III – IV :
Des marches harassantes et des roses trompeuses**

[29] Cum multas villulas et casas amplas praeterimus,

hortulum quemdam prospexi satis amoenum,

in quo praeter ceteras gratas herbulas rosae

virgines matutino rore florebant.

His inhians et spe salutis alacer ac laetus propius accessi,

dumque jam labiis undantibus adfecto,

consilium me subit longe salubrius,

ne,

si rursum asino remoto prodirem in Lucium,

evidens exitium inter manus latronum offenderem vel artis magicae
suspectione vel indicii futuri criminatione.

Tunc igitur a rosis et quidem necessario temperavi

et casum praesentem tolerans in asini faciem faena rodebam.

[1] Diem ferme circa medium,

cum jam flagrantia solis caleretur,

in pago quodam (...) devertimus. (...)

[2] (...) Aliquanto longius video frondosi nemoris convallem umbrosam,

cujus inter varias herbulas et laetissima virecta fulgentium rosarum
mineus color renidebat.

* * *

Suggestion :

Voir, dans les *Itinera electronica, Du texte à l'hypertexte* : Apulée, *Métamorphoses*, Livre III
<http://agoraclass.fltr.ucl.ac.be/concordances/apuleeIII/>

**Apulée, *Métamorphoses*, livre IX :
Les vicissitudes d'une vie d'âne**

[32] (...) Matutino me multis holeribus onustum proxumam civitatem deducere consuerat dominus atque ibi venditoribus tradita merce, dorsum insidens meum, sic hortum redire. Ac dum fodiens, dum irrigans, ceterosque incurvus labore deseruit, ego tantisper otiosus placida quiete recreabar. Sed ecce siderum ordinatis ambagibus per numeros dierum ac mensuum remeans annus post mustulentas autumnii delicias ad hibernas Capricorni pruinas deflexerat, et adsiduis pluviis nocturnisque rorationibus sub dio et intecto conclusus stabulo continuo discruciar frigore, quippe cum meus dominus prae nimia paupertate ne sibi quidem nedum mihi posset stramen aliquod vel exiguum tegimen parare, sed frondoso casulae contentus umbraculo degeret. Ad hoc matutino lutum nimis frigidum gelusque praeacuta frusta nudis invadens pedibus enicabar ac ne suetis saltem cibariis ventrem meum replere poteram. Namque et mihi et ipso domino cena par ac similis oppido tamen tenuis aderat, lactucae veteres et insuaves illae, quae seminis enormi senecta ad instar scoparum in amaram caenosi sucus cariem exolescunt.

Document

En Kabylie, vers 1928

Mon père, un rude fellah, débroussaillait, défrichait sans cesse et plantait. L'âne nous rendait beaucoup de services. Il portait sur son dos le bois et le sac d'herbe du champ. Il y transportait le fumier ; il portait à la ville les charges de raisin ou de figues et rapportait de l'orge pour la famille, ou, pendant la saison des légumes, des piments, des courgettes, des pommes de terre que ma mère échangeait par platées avec les voisines, contre des céréales.

Mouloud FERAOUN, *Le Fils du Pauvre*, Seuil, 1954, p.8.

* * *

Suggestions :

Traductions proposées pour une comparaison :

P.GRIMAL, *Romans grecs et latins*, La Pléiade, Gallimard, 1958, p.320.

H.CLOUARD, coll. Garnier, Paris, 1942

Voir aussi, dans les *Itinera Electronica : Du texte à l'hypertexte* : Apulée, *Métamorphoses*, Livre IX

<http://agoraclass.fltr.ucl.ac.be/concordances/apuleeIX/>

**Apulée, *Métamorphoses*, livre XI :
La rencontre de la rose et le retour à la forme humaine**

[13] (...) Tunc ego trepidans (...), coronam, quae rosis amoenis intexta fulgurabat, avido ore susceptam (...) devoravi. (...) Protinus mihi delabitur deformis et ferina facies. Ac primo quidem squalens pilus defluit, ac dehinc cutis crassa tenuatur, venter obesus residet, pedum plantae per ungulas in digitos exeunt, manus non iam pedes sunt, sed in erecta porriguntur officia, cervix procera cohibetur, os et caput rutundatur, aures enormes repetunt pristinam parvitatem, dentes saxei redeunt ad humanam minutiem, et, quae me potissimum cruciabat ante, cauda nusquam !

* * *

Suggestion :

Voir, dans les *Itinera Electronica : Du texte à l'hypertexte* : Apulée, *Métamorphoses*, Livre XI
<http://agoraclass.fltr.ucl.ac.be/concordances/apuleeXI/>